

45 145

Cum maxime in pueris de qua Casus in quo pro defensione liceat occidere; eo quod sine gravi infamia, dedecore, aut honore tactura fugere, fugiendo que, vitam, et membra saluare possint: hinc Oratorem, Viri si repellentem non seruato modestamine inculpate tutele, Homicidis, et iniquitatis Num iudicio. Nec enim etas quatuordecim annorum excusationem meretur; Cum iuxta leges impuberi qui sit doli Capax, non paxitua: paxitua dum agitur de Criminalibus, que ex animo veniunt, in quibus minor etas non excusat. Antibilibi ergo Orator exat ut recipere ad habitum Ordinis nostri, iuxta Constitutionem S. P. D. Sixti Pape quinti que incipit Cum de omnibus: Ubi tam susceptionem habuit, quam professionem, et exinde secuta ex tunc pro ut nunc penitus irritat, annullat, Verbis et effectu Carere decernit. Hec tamen Constitutio cum quoad hec Verba fuerit moderata, et ad terminos iuris Communis Reducta a S. P. D. Clemente octavo in Suprema Catholica apud Cherubinum tom. 3. Constit. 83. dicti Pontificis de qua fit mentio in nostris Constitutionibus dist. 1. Cap. 13. littera B, in qua prohibitionem confirmavit, et irrotationem abulit: Unde semel Orator ad Religionem admittitur, non resultat de iure priuatis, sed prohibito ne sic fieret. Imo crede rem quod Prelatus Ordinis Oratorem ad susceptionem, et professionem admittens, non iudicauit sub tali Constitutione comprehensum: Cum Constitutio loquatur ut ex eius Verbis constat, de Homicida, qui non pia intentione, sed ad uitandam legem, et iudicium Num seueritatem, non tuto in spacio viuens, querat a Religione auxilium, quod alium de sperare non poterat: Ut sic sub habitu et nomine Religiosorum animam Religionem inuicem, et inueterata vitia retineat. Qui Casus maxime distat a presenti; quare in Capitulo Generali Romae 1583. disponitur: facinosos, et homicide non recipiantur ad habitum nisi maximam suorum exorum penitentiam ostenderint, aut frequentissimo spiritu ducti ad Religionem venerint. Et hoc non nisi de speciali sententia Magistri Ordinis.

Vexum reflectendo ad Circumstantias omnes; quod agitur hic de actu ad defensionem, quod homicidium est mere simplex, non sacrilegum, non qualificatum, non assassinium, aut proditorium, non inuidiosum, nec per se ac directe, et expresse intentionem, sed fortiam citra intentionem, ut pote non prouidens ex tali vulnere mortem certo moraliter secururam. Quod delicti veniam, et ipse exponit, obtinuit; quod nec non fauet Oratori excusatio quam inducit illa tenax et immatura etas iuxta dispositionem textus. Cap. 1. et 2. tit. de delictis puerorum: in quibus dicitur, quod Consideretur pro diminutione pene etas puerilis anni quarti decimi, in quo iudicium adhuc imperfectum, atque inordinata voluntas adesse dicitur; Cum pubertas perfecta, seu plena non dicatur in tali anno, sed solum compleatur in anno decimo octavo: Et tandem quia cum spiritu penitentis dicitur ad Religionem venerit, in qua in moribus est probatus, locus esse videtur arbitrio pro dispensatione irregularitatis ad Ordines sacros suscipiendos obtinenda: maxime cum Religionis et que Religionem in aliquo Mendicantium Ordine intrare vult, Summus Pontifex dispensat.

saxe soleat, Ut cum Comuni aduerti Cobaxubai in Clementina Nic. tit. de  
homicid. Casal. p. 2. §. 3. num. 3. Et Abbas in Cap. Scit 6. num. 12. hoc tit.



*Faint, illegible handwritten text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.*

